

author: Confraternita degli Orfani <Roma>
title: Bulla facultatum, & gratiarum Confraternitati Archihospitalis Orphanorum de Vrbe concessarum.
shelfmark: 68.13.G.2.10
library: Biblioteca nazionale centrale - Roma - IT-RM0267
identifier: CNCE015374, EDIT16/CNCE015374

Le riproduzioni digitali accessibili dalla Biblioteca digitale italiana di www.internetculturale.it sono per la maggior parte di dominio pubblico, e provengono dalle attività di digitalizzazione realizzate dalle biblioteche che possiedono gli originali e la proprietà delle riproduzioni digitali, e sono istituzioni partner del portale.

La riutilizzazione non commerciale è libera e gratuita nel rispetto della normativa vigente.

Ai fini della riutilizzazione commerciale e/o per ottenere un documento ad alta definizione contattare il detentore dei diritti del bene digitale utilizzando nel Download del documento, il contatto di posta elettronica.

Gli utilizzatori finali dei beni digitali, sia che riproducano parzialmente o completamente le immagini, dovranno sempre e comunque citare la fonte www.internetculturale.it

.....

The digital reproductions accessible from the Italian Digital Library www.internetculturale.it are mostly of public domain, and come from the digitization activities carried out by the libraries that own the originals and are ownership of digital reproductions, and are Institutions partner of the portal.

The non-commercial re-use is free in accordance with the local regulations.

To allow commercial reuse and/or to obtain a high-definition document please, contact the copyright holder of the digital object using the contact e-mail you can find in the Download of the document.

The terms of use of the Internet Culturale material states that the final users that reproduce images or part of them must mention the source www.internetculturale.it

10

B V L L A
Facultatum, & gratiarum confrater-
nitati Archihospitalis Orpha-
norum de Vrbe con-
cessarum.



[Faint, mostly illegible Latin text visible through the paper, likely bleed-through from the reverse side.]

PAVLVS EPISCOPVS SERVVS SERVO
RVM DEI AD PERPETVAM
REI MEMORIAM.



Altitudo diuine prouidentie nullis preser-
ta limitibus nullisq; terminis comprehensa
caelestia pariter & terrestria in scrutabili ra-
tione disponit & mortalium mentes ad ea
Charitatis opera exercendum frequenter
excitat per que ipsi deo acceptiores reddan-
tur & pauperum aliarumq; miserabilium
personarum presertim Puerorum & Puel-
larum parētibus orbatorum per Urbem hinc inde vagantiū quos
fames cruciat & rerum omnium egestas consumit necessitatibus
succurratur desiderataq; plurimum salus proueniat animarum. Vn-
de nos quibus metitis licet imparibus vniuersalis Ecclesie regi-
men eadem est prouidentia creditum hiis que propterea facta fuisse
se competimus vt firma perpetuo & illibata permaneant aposto-
lica muniminis libere adicimus firmitatem & singulorū fidelium
presertim Curialium nostrorum vota quæ ad id pertinet noscun-
tur pii Patris affectione prosequimur vt optatos sortiantur effe-
ctus opem & operam quantum cum deo possumus impendimus
efficaces & fideles ipsos ad oportuna hiis suffragia exhibendum
quibusdā quasi allectiuis numeribus indulgentiis videlicet & remis-
sionibus inuitamus vt per tēporalia bona que erogauerint præmia
consequantur salutis eterne. Dudum sicut nobis innotuit nonnul-
li probate vte Curiales Charitate omnium suprema virtute circa
Pueros & Puellas Orphanos pauperesq; & miserabiles personas
pudendas infirmas quas redemptor n̄r potissime cōmendauit mori,
pie attendentes quod in Ro. Curia que maxime forensiū & ignoto-
rum numero frequentatur quamplures Pueri pauperes parentibus
orbati claritate ingenii prediti ac dociles & idonei reperiebantur vt
de magno illorum tum in sacra pagine quam vtriusq; Iuris & aliis
scientiis ac diuersis exercitiis profectu si eis ad onera & impensa ra-
tione studiorum & exercitiorum huiusmodi incumbentia suppor-
tanda sufficerent spes certa verisimiliter conciperetur. Cupientesq;

premissis & aliis in dicta Curia necessitatibus & charitatis operibus
providere ac quod provisio huiusmodi perpetuo duraret atque
vigeret Conuocatis ad id quam pluribus aliis Curialibus & Ciuibus
Romanis societatem inter seuerunt & quam plures parceribus
orbatos ac egenos pueros & puellas hinc inde per urbem dispersas
ac hostiatim victum querentes in vnum in certo ad id deputato loco
continerunt & eorum expensis ac aliis Xpifidelium piis elemosinis
eisdem pueris vt a malo retraherentur bonisque moribus imbuerentur
& virtutibus ornarentur de prouidis Gubernatoribus & Magistris ac victu vestitu & aliis necessariis providere curarunt.
Necnon Confraternitatem in qua vigintiquatuor & ultra quorum
aliqui sancte Rom. Ecclesie Cardinales & Episcopi ac alii Prelati
aliqui eiusdem Curie Officiales & aliqui Curiales etiam Ciuies
Romanis existunt instituerunt. Nos igitur qui dudum inter alia
volumus quod petentes beneficia ecclesiastica aliis vniri tenerentur
exprimere verum annuum valorem secundum communem estimationem
etiam beneficii cui aliud vniri peteretur alioquin vnio non
valeret & semper in vnionibus commissio fieret ad partes vocatis
quorum interesset gratias deo agentes quod nostro tempore a dictis
Curialibus tamque necessaria charitatis opera in ipsa Vrbe ceperint
exerceri. Cupientes vt ea perpetuo frequententur & illis confratres
huiusmodi animo hilari insistant Confratres predictos eorumque
singulos a quibusuis excommunicationis suspensionis & interdicti
aliisque ecclesiasticis sententiis censuris & penis a iure vel ab homine
quavis occasione vel causa latis siquibus quomodolibet innodati
existunt ad effectum presentium duntaxat consequendum harum serie
absoluentes & absolutos fore censentes. Necnon fructuum reddituum
& prouentuum dicte Confraternitatis verum annuum valorem presentibus
pro expressis habentes. Ipsorum Confratrum supplicationibus in hac
parte inclinati institutionem confraternitatis huiusmodi ac quecumque
Statuta & Ordinationes per eosdem confratres edita auctoritate
apostolica tenore presentium ex certa nostra scientia approbamus &
confirmamus supplices omnes & singulos iuris & facti defectus siqui
foran interuenerint in eisdem. Ipsamque Confraternitatem sub beate
Marie Visitationis orphanorum seu alia de qua eisdem confratribus
videbitur iuueatone pro tot Confratribus seu vtriusque sexus personis
qui eam ingredi voluerint de nouo. Illamque in Archiconfraternitatem
caputque om

ni in aliarum Confraternitatum ac hospitalium & aliorum quorūlibet locorum eorundem Orphanorum Puerorum & Puellarum ubilibet institutarum & instituendarum Cōfraternitatum ac rectorum & erigendorum Hospitalium ac Locorum Puerorum & Puellarum huiusmodi auctoritate & tenore ac scientia predictis immediate subieciimus & facimus membra ab Archiconfraternitate huiusmodi dependentia. Itaque Confraternitates & Hospitalia ac loca illis subiecta & ab eis dependentia huiusmodi ipsam Confraternitatem vti eorum superiorem in aliquo saltem reuerentiali obedientia singulis Annis recognoscere teneantur. Et cum Pueri seu Puella prefati certum Locum in quo habitare & litteris ac diuinis officiis & beneplacitis operā dare possint in nostra Vrbe non habeant ac vt nobis plene constat, Dilecti filii Parrochiani Parrochialis Ecclesie sancte Marie in Acquiro de dicta Vrbe que alias tunc certo modo quem haberi volumus pro expresso vacans Congregationi seu confraternitati Pauperum Presbyterorum in ipsa Ecclesia institute per felicis recordationis Iulium papam II. Predecessorem nostrum seu alias perpetuo concessa seu vnita fuit ob singularem deuotionis affectum quem ad confratres Archiconfraternitatis & Pueros huiusmodi gerant Ecclesiam predictam amoris exinde dictis Presbyteris Confratribus Archiconfraternitatis sancte Marie Visitationis orphanorum huiusmodi pro eorundem puerorum & puellarum perpetuis vsu & habitatione cōcedi & assignari cupiant. Nosq; eisdem pueris & puellis certum Locum pro illorum habitatione in dicta Vrbe assignare intendamus predictas ac quascunq; alias concessiones assignationes vniones annexiones & incorporaciones de dicta ecclesia eisdem presbyteris seu illorum Congregationi aut Confraternitati huiusmodi per prefatum Iulium & quoscunq; alios Roman. Pontifices predecessores nostros ac nos & sedem apostolicam seu alias quomodolibet & ex quauis causa ac sub quibuscunq; tenoribus & formis necnon in quibusuis clausulis & decretis etiam Motu proprio & ex certa scientia factas ac etiam iteratis vicibus confirmatas & innouatas ac litteras desuper confectas quorum tenores ac si de verbo ad verbum inferrentur presentibus haberi volumus pro expressis eisdem auctoritate & tenore ac scientia reuocamus cassamus & annullamus ac pro nullis & infectis haberi volumus, & decernimus ipsasq; vniones annexiones & incorporaciones penitus dissoluimus.

Necnon

Necnon presbyteros seu Confraternitatem presbyterorum huiusmodi ab ipsa ecclesia amouemus, illisque sup dicta Ecclesia. Ita quod confratres Archiconfraternitatis beate Marie Visitationis Orphanorum seu pueros & puellas huiusmodi desuper molestari impediti seu inquietari aut aduersus premissa etiam enormis lesionis aut quouis alio pretexto reclamare seu restitutionem integram petere perpetuis futuris temporibus nequeat perpetuum silentium imponimus ipsamque Ecclesiam Cuius fructus redditus & proventus centum Ducatorum auti de Camera secundum communem estimationem valorem annuum ut ipsi Confratres asserunt non excedunt siue premisso siue alio quouis modo quem etiam si ex illo quevis generalis reservatio etiam in corpori ius clausa resultat presentibus haberi volumus pro expresso aut ex cuiuscunque persona seu per liberam cuiusvis resignationem de illa in dicta Curia vel extra eam etiam coram Notario publico & testibus sponte factam hanc constitutionem Pie memorie Ioannis Pape xxii. etiam predecessoris nostri que incipit execrabilis vel assencionem alterius beneficii ecclesiastici quauis auctoritate collati vacet etiam si tanto tempore vacauerit quod eius collatio iuxta Lateranensi. statuta Concilii ad sedem predictam legitime deuoluta ipsaque ecclesia dispositioni apostolicæ specialiter vel ex quouis causa etiam dispositiue exprimenda generaliter reservata existat & super ea inter aliquos lis cuius statum & merita ac nomina & cognomina Iudicum & colligantium necnon quoruncunque in ipsa ecclesia vel ad illam etiam ex causis onerosis ius habentium aut habere pretendunt presentibus haberi volumus pro expressis. pendeat indecisa cum omnibus pluribus & pertinentiis suis Confratribus Archiconfraternitatis huiusmodi seu illius deputatis pro tempore existentibus pro perpetuis usu & habitatione puerorum & puellarum predictorum aut constructionem vnius seu plurium Hospitalium aut domorum seu Monasteriorum eorundem puerorum & puellarum vel prout Confratribus Archiconfraternitatis huiusmodi placuerit. Ita quod liceat eisdem deputatis corporalem possessionem dictæ ecclesie per se vel alium seu alios etiam propria auctoritate & absque vitio spoliij seu attemptatorum libere apprehendere & perpetuo retinere illiusque fructus redditus & proventus in suas ac dictorum puerorum & puellarum ac ecclesie usum & utilitatem conuertere Ordinarii collatoris seu cuiusvis alterius licetia desuper minime requisita. Ac inibi vni

seu plura Hospitalia aut domos seu monasteria dictorum puerorum
 seu puellarum ad eorum libitum sub dicta sancte Marie Visitationis
 Orphanorum seu alia de qua eis videbitur inuocatione
 cum Officiis & Oratoriis ac aliis necessariis pro vsu & habitatio-
 ne puerorum seu puellarum huiusmodi construi & edificari facere
 Ac eidem parrochiali Ecclesie per aliquem seu aliquos presbiteros
 seculares aut cuiusuis ordinis regulares ad eorum nutum amouibiles
 indiuisis deseruire & animarum, Curam parrochianorum predi-
 ctorum exerceri facere auctoritate apostolica & tenore ac sciencia
 similibus etiam perpetuo concedimus & assignamus. Ipsamq; Ec-
 clesiam Archiconfraternitati sancte Marie Visitationis Orphanorum
 huiusmodi similiter perpetuo vnimus annectimus & incorpo-
 ramus. Necnon Archiconfraternitati Confratribus ecclesie hospi-
 talibus domibus & monasteriis predictis illorumq; administ-
 ratoribus Gubernatoribus Rectoribus Economis familiaribus mini-
 stris pueris & puellis ac aliis personis in eis pro tempore existi-
 bus seu aliquam curam de Archiconfraternitate Confratribus Ec-
 clesia hospitalibus domibus & monasteriis ac illorum fabrica ha-
 bentibus necnon personis, Inibi pro tempore decedentibus seu de
 bonis suis pro dictis operibus aliquid relinquentibus quod omni-
 bus & singulis priuilegiis exemptionibus libertatibus immunitati-
 bus Indulgentiis etiam plenariis & peccatorum remissionibus ac
 aliis gratis spiritualibus & temporalibus Imagini sancti Saluato-
 ris ad sancta sanctorum & Charitatis ac archihospitalis sancti Ia-
 cobi & Hospitalis sancti Spiritus in Saxia ac Corporis Christi
 & sacramenti ac Campi sancti & aliis Confratribus confraterni-
 tatum de dicta vrbe necnon eidem Imagini & Archihospitali san-
 cti Iacobi & Hospitali sancti Spiritus ac Campo sancto necnon
 fabrice Basilice principis apostolorum de eadem vrbe illiusq; de-
 putatis eorumq; necnon beate Marie de populo & consolationis
 ac sancti Iohannis Baptiste Florentinorum aliisq; eiusdem vrbis
 Ecclesiis ac illa & illas visitantibus vel eis beneficientibus eorumq;
 Administratoribus Guardianis rectoribus familiaribus economis
 Gubernatoribus & aliis personis similem curam in eis sumentibus
 ac pauperibus & infirmis eorum etiam per nos & quoscunq; Ro.
 Pontifices predecessores & successores nostros ac sedem eandem con-
 celsis & concedendis & quibus illi ille & illa vtuntur potiuntur &
 gaudent ac vti potiri & gaudere poterunt quomodolibet in futurum
 archiconfraternitas

Archiconfraternitas beate Marie visitationis Orphanorum illius
 que Confratres ecclesia Hospitalis domus & monasteria adminis-
 tratores rectores seruitores familiares ministri Yconomi & Gu-
 bernatores huiusmodi alieq; persone similem curam inibi sumen-
 tes ac illa visitantes vel eis benefacientes ex nunc in perpetuū vtan-
 tur potiantur & gaudeāt ac vti potiri & gaudere libere & licite va-
 leant in omnibus & per omnia perinde ac si eisdem Archiconfra-
 ternitati beate Marie visitationis Orphanorum Confratribus Ec-
 cleſie hospitalibus Gubernatoribus & aliis personis ac illa visitan-
 tibus & benefacientibus pro tempore specialiter & expresse conceſ-
 ſa fuissent ac in futurum concederentur necnon quibusuis presby *Altare priuilegiatum*
 teris tam religioſis quam ſecularibus qui in ipſa parrochiali Eccle-
 ſia quocunq; anni tempore celebrauerint & animabus Xpiſidelium
 qui in charitate Dei deceſſerint ac pro quibus Idem presbyteri ibi
 celebrauerint aut celebrari fecerint ac orauerint eaſdem indulgen-
 tias & peccatorum remiſſiones que celebrantibus pro defunctis in
 capella Scala celi nuncupata monaſterii trium Fontium extramu-
 ros eiufdē vrbe aut in capella in Preſepe Domini ſita in Eccleſia es-
 iufdē beate Marie maioris de dicta vrbe & animabus pro quibus
 inibi celebratur & oratur cōcedimus & indulgemus ipſaſq; indul-
 gentias gratias priuilegia indulta exemptiones immunitates liber-
 tates & alias conceſſiones ac remiſſiones ad illos illas & illa ex-
 tendimus & prorogamus ac ampliamus. Et quod adminiſtrato-
 res rectores ſeruitores familiares ministri yconomi & Gubernato-
 res huiusmodi indulgentias priuilegia indulta exemptiones immu-
 nitates libertates & alias conceſſiones ac remiſſiones huiusmodi
 ac dies & feſta in quibus & cauſas propter quas illas conſequi de-
 beat ad eorum beneplacitum publicari facere. Necnon elemoſinas
 Eccleſie hospitalibus domibus & monaſteriis erigendis ac pueris
 & puellis prefatis concedendas recipere & ad illas recipendas, &
 querendas ac indulgētias hmōi publicandas p dictā vrbe ſeu alibi
 q̄ſtores ſeu quaſcūq; alias pſonas Dioceſani loci aut cuiuſuis alte-
 rius licētia deſup minime requiſita deputare & mittere. Necnō que-
 cūq; ſtatuta & ordinationes licita & honeſta tam circa regimen, &
 tranquillum ſtatum Eccleſie Hospitalium domorum & monaſte-
 riorum predictorum diuinarumq; celebrationem quam numerum
 & qualitates ac etatem puerorum puellarum Capellanorum & con-
 fratrum ac mjaſtrorum rectorum yconomorum Gubernatorum,
 & fa-

& familiarium predictorum illorumque personas ac ornamenta & bona mobilia & immobilia illorum eorumque administrationem & alia premissa concernentia condere alterare mutare ac de nouo edere & per eos haecenus facta reformare. Que postquam condita alterata & mutata ac edita & reformata fuerint eo ipso dicta apostolica auctoritate confirmata sint & esse ceaseantur. Ac quascumque penas incontrauenientes apponere. Quodque pro tempore existentes Archiconfraternitatis beate Marie Visitationis Orphanorum huiusmodi Confratres Administratores rectores seruitores familiares ministri yconomj & Gubernatores prefati ac quilibet minister seu Officialis aut persona ecclesie hospitalium domorum & monasteriorum erigendorum huiusmodi ipsique Pueri & Puellae quaecumque Presbyterum secularem vel cuiusuis ordinis regularem in suum possint eligere confessorem qui eos & eorum quemlibet a quibusuis casibus etiam quantumcumque grauibus ac etiam informis quinter ni Cancellarie apostolice & dictis litteris expressis absoluerit. Ac confessionale & altare portatile iuxta formam & litteras predictas habere valeant licentiam & facultatem concedimus & indulgemus. Et ut confratres Archiconfraternitatis beate Marie visitationis Orphanorum huiusmodi ab indebitis molestiis releuentur. Vnum ex sancte Romanae Ecclesie Cardinalibus quem ipsi Confratres ad id duxerint nominandum seu eligendum in eorum Protectorem ac Iudicem ordinarium perpetuum coram quo seu ab eo deputando queuis tam Ciuiles & Criminales ac mixte cause per hac contra Confraternitatem illiusque administratores rectores confratres seruitores familiares ministros yconomos gubernatores capellanos officiales ac pueros & puellas ac personas prefatas super bonis & rebus cuiuscumque qualitatis existentibus ad eas pertinentibus mote & pro tempore mouende iuxta ordinariam iurisdictionem seu facultatem Curie causarum Camere apostolice generali Auditori attributam cum omnibus & singulis eorum dependentiis annexis & connexis ac incidentibus cognoscere & sine debito terminare debeant constituimus & deputamus, ipsique pro tempore Protectori per se vel alium seu alios quoscumque quorum intererit aut interesse poterit tam in dicta Curia quam extra eam per edictum publicum constituto sibi summarie de non tuto accessu ac quibusuis etiam eiusdem Curie Iudicibus & personis quibus & quoties opus fuerit sub sententiis censuris & penis ecclesiasticis ac etiam pecuniariis de quibus eidem Protectori

Protectori

Protectori videbitur inhibendi ac in euentum nō partitionis ad de-
clarationem incurfus censuratum & penarum huiusmodi illarūq;
aggrauationem ac alias iuxta stilum & morem dicti Auditoris in
similibus seruari solitum procedendi ac sententias executioni debis-
te demandandi seu demandari faciendi Contradiētores quoslibet,
& rebelles per censuras & penas ecclesiasticas ac etiam pecuniarias
& alia iuris oportuna remedia appellatione postposita compescen-
do. Ac etiam ad hoc si opus fuerit auxilium brachii secularis inuocan-
candi omniaq; & singula alia in premisis & circa ea necessaria seu
quomodolibet oportuna faciendi & exequendi plenam & liberam
licentiam & facultatem etiam concedimus. Necnon quod qui ad-
ministratores gubernatores rectores yconomi seruitores familia-
res ministri & Confratres Archiconfraternitatis beate Marie visi-
tationis Orphanorum huiusmodi illiusq; ac dicte ecclesie capellani
seu Officiales officia sua actū exercentes extiterint durante eorum
officio a quorūcumq; Ordinariorum locorum eorūque Vicario-
rum & Officialium iurisdictione correctione visitatione & potesta-
te penitus & omnino exempti & soli eidem Protectori pro tempo-
re existenti seu sedi predicte subiecti existant eorumq; correctioni
& punitioni subiaceant statuimus & ordinamus. Quodq; premis-
sa omnia & singula de surreptionis obreptionis & nullitatis vicio
seu intentionis defectu & ex eo quod ea que super premisis gesta
fuerunt & emanarunt plenarie expressa seu prout existunt narrata
minime fuerunt seu quouis alio pretexto occasione vel causa notari
vel impugnari aut in aliquo annullari vel alterari non possint neq;
notata seu impugnata annullata aut alterata censeatur sed valida
& efficacia existant ac si exprimenda de necessitate, de verbo ad ver-
bum inserta fuissent. Quodq; presentes littere sub quibusuis re-
uocationibus suspensionibus modificationibus limitationibus res-
titutionibus repositionibus & exceptionibus similibus litterarum
gratiarum & indulgentiarum etiam per nos & successores nostros
Ro. Pontifices ac sedem predictam vel eius legatos ac etiam per re-
gulas Cancellarie apostolice pro tempore factas ac in fauorem fa-
brice Basilice principis Apostolorum de Vrbe & expeditionis con-
tra infideles nullatenus comprehendantur sed semper ab illis peni-
tus & omnino excepte sint & esse censeantur, ac eidem presentibus
per quascūq; litteras etiam quascūq; clausulas generales & specia-
les etiam derogatorias efficaciores & insolitas ac etiam irritantia

B

141
 decreta sub quacūq; verborum expressione in se continentes nul-
 latenus derogari possit nec derogatum esse censeatur nisi tenor illa-
 rum de verbo ad verbum nihil omissio insertus, & huiusmodi dero-
 gationes consistorialiter facte etiam per trinas distinctas litteras
 eundem tenorem continentes tribus similibus distinctis vicibus ad
 ministratores Gubernatores rectoribus & yconomis predi-
 ctis legitime intimate & insinuate fuerint eorumq; ad id expressus
 accedat assensus & aliter facte derogationes nemini suffragentur.
 Sicq; per quoscūq; quavis auctoritate fungentes iudices & perso-
 nas etiam causarum Palatii apostolici Auditores sublata eis & eo-
 rum cuiuslibet aliter Iudicandi & interpretandi facultate & auctori-
 tate iudicari & diffiniri debere. Irritum quoq; & mane si secus sit
 per huius a quoquam quavis auctoritate scelerate vel ignoranter con-
 tingerit attemptari decernimus. Et nihilominus de Omnipotentis
 Dei misericordia & beatorum Petri & Pauli apostolorum eius au-
 ctoritate cōsiliū Vniuersis & singulis vtriusq; sexus Xpi fidelibus ve-
 re penitentibus & confessis seu confitendi propositum habentibus
 qui in Visitatione eiusdem beate Marie & seu alio per eosdem ad-
 ministratores gubernatores rectores & yconomos ad id nominan-
 do Die a primis Vesperis vsq; ad occasum solis sequentis diei Par-
 rochiam ecclesiam predictam deuote visitauerint ac pro premisis
 operibus manus adiutrices iuxta eorum arbitrium portexerint ple-
 nariam omnium peccatorum suorum indulgentiam ac Iubileam
 & remissionem misericorditer in domino elargimur. Quocirca cur-
 rie Causarum Camere apostolice generali Auditori & dicte Vrbe
 Gubernatori ac Vicario nostro in dicta Vrbe in spiritualibus pro-
 tempore existentibus necnon Vniuersis & singulis Venetabilibus
 fratribus nostris Archiepiscopis Episcopis ac Dilectis filiis Abba-
 tibus alijsq; in dignitate ecclesiastica cōstitutis personis necnō Me-
 tropolitani ruti & cathedralium ecclesiarum Canonice ac dictorū
 Archiepiscoporum & Episcoporum Officialibus ac Vicariis in spiri-
 tualibus generalibus vbi libet cōstitutis p apostolica scripta man-
 dimus quatenus ipsi vel duo aut aliquis eorum per se vel alium seu
 alios presentes litteras & in eis contenta quecūque vbi & quando
 opus fuerit ac quotiens pro parte Protectoris Administratorū Gu-
 bernatorū rectorū yconomorū seruitorū familiarium mi-
 nistrorū Puerorū & Puellarū ac personarū & officialium
 predictorū fuerint requisiti solēnter publicantes eisq; in pre-
 s^{en}sis efficacis

sis efficacis defensionis presidio assistentes faciant auctoritate nostra
 premissa omnia & singula firmiter obseruari ipsosque Protectores
 Administratores Gubernatores Rectores Yconomos seruitores
 familiares ministros Pueros & Puellas ac personas & Officiales
 illis perpetuo pacifice frui & gaudere non permittentes eos desuper
 per Confraternitatem Presbyterorum huiusmodi seu dictos pres-
 byteros aut quoscumque alios quauis auctoritate fungentes quomo-
 dolibet indebite molestari Contradictores quoslibet & rebelles per-
 cussuras & penas ecclesiasticas ac etiam pecuniarias eorum arbitrio
 moderandas ac alia iuris remedia appellatione postposita compe-
 scendo ac legitimis super hiis habendis seruatis processibus censu-
 ras & penas ipsas iteratis vicibus aggrauando inuocato etiam ad
 hoc auxilio Brachii secularis huiusmodi non obstantibus Priori
 voluntate nostra ac aliis premissis ac Lateranensi Concilio nouissime
 celebrati vniones perpetuas nisi in casibus a iure permisis fieri pro-
 hibentis necnon nostra de non tollendo cuiquam ius questum ac re-
 colende memorie Bonifacii papae VIII. similiter predecessoris no-
 stri etiam qua cauetur ne quis extra suam Ciuitatem vel Dioc. ni-
 si in certis exceptis casibus & in illis ultra vniam dietam a fine sue
 Dioc. ad iudiciu euocet seu ne Iudices a sede predicta deputati extra
 Ciuitatem vel Dioc. in quibus deputati fuerint contra quoscumque
 procedere aut alii vel aliis vices suas committere aut aliquem ultra
 vniam dietam a fine Dioc. eorundem trahere ad iudicium presumat
 ac de duabus dietis in Concilio generali edita dummodo aliquis ul-
 tra tres dietas auctoritate presentium ad iudicium non trahatur &
 aliis apostolicis necnon in Provincialibus & Sinodalibus Concis-
 liis editis generalibus vel specialibus Constitutionibus & Ordinationibus
 ac statutis & consuetudinibus et iuramento confirmatione apostoli-
 ca vel quauis firmitate alia roboratis Priuilegiis quoque indultis &
 literis apostolicis etiam Cardinali suo cuius titulo ecclesia ipsa exi-
 stit seu ad cuius collationem illa pertinet cuius nomen & cognome
 pro expressis haberi volumus ac dilectis filiis populo Romano. il-
 liusque Conseruatoribus ac Confraternitati seu Congregationi Pre-
 sbyterorum huiusmodi ac predictas & quibusvis aliis Ecclesiis Mo-
 nasteriis & hospitalibus illorumque Contratribus per quoscumque Ro-
 man. Pontifices predecessores nostros & nos ac sedem predictam
 etiam per modum generalis Legis ac statuti perpetui ac motu &
 scientia similibus ac quauis instantia ac cum quibusvis etiam de-

rogatoriarū derogatoriis aliisq; efficacioribus efficacissimis & in
 solitis clausulis irritantibusq; & aliis decretis etiam iteratis vicibus
 concessis confirmatis approbatis & innovatis etiam si in eis cauea-
 tur expresse quod de beneficiis ecclesiasticis cū cura & sine cura ad
 eiusdem Cardinalis collationem seu quāvis aliam dispositionem
 ratione eiusdem tituli seu aliarum ecclesiarum quomodolibet pers-
 tinētib; quocūvis modo vacaturis per alium quam per eundē Car-
 dinalem aut de eius consensu provideri seu alias disponi nequeat.
 Quodq; beneficia ecclesiastica dicte vrbis aliis quam Ciuib; Ro-
 man. aut Originariis Ciuium Roman. filiis conferri non pos-
 sint & alias de illis etiam per sedem prefatam pro tēpore facte col-
 lationes prouisiones vniones concessionēs & alie dispositiones nul-
 le sint quibus omnibus etiam si pro illorum sufficiēti derogatione
 de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica & expressa ac de
 verbo ad verbum non autem per clausulas generales idem impor-
 tantes mentio seu queuis alia expressio habenda aut exquisita forma
 seruanda foret & in eis etiam caueatur expresse quod illis nullatenus
 derogari possit illorum omnium tenores presentibus pro suffi-
 cienter expressis ac de verbo ad verbum insertis habentes hac vice
 duntaxat illis alias in suo robore permansuris harum serie specias-
 liter & expresse derogamus ac sufficiēter derogatum esse decerni-
 mus ceterisq; contrariis quibuscūq; Aut si aliqui super prouisioni-
 bus sibi faciēdis de huiusmodi vel aliis beneficiis ecclesiasticis dic-
 tē vrbis speciales vel generales dicte sedis vel Legatorū eius liti-
 ras impetrarint etiam si per eas ad inhibitionem reservationem &
 decretum vel alias quomodolibet sit processum quas quidem liti-
 ras & processus habitos per easdem ac inde secuta quecūq; ad di-
 ctam parrochialem ecclesiam volumus nō extendi sed nullum per
 hoc eis quo ad assentionem beneficiorū aliorum preiudicium ge-
 nerari & quibuscūq; aliis indulgētiis priuilegiis & litteris aposto-
 licis generalibus vel specialibus quorūcūq; tenorum existant per
 que presentibus non expressa vel totaliter non inserta effectus earū
 tum impediri valeat quomodolibet vel differri & de quibus eorū-
 rumq; totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specias-
 lis Volumus autem quod dicte ecclesia propter vnionem annexio-
 nem & incorporatōnem predictas debitis nō fraudetur obsequiis
 & animarū cura in ea nullatenus negligatur sed eius congrue sup-
 porteatur onera autedicta Ac etiam volumus & dicte auctoritate
 decernimus

decernimus quod adhibeat fides plenaria attestationsi cōsensu par
rochianorum predictorum ac transumptis presentium necnon pri
uilegiorum indultorum exemptionum & indulgentiarum ac alia
rum literarum huiusmodi manu Notarii publici subscriptis & Si
gillo eiusdem Protectoris seu alicuius persone in dignitate ecclesia
stica constitute aut alicuius curie ecclesiastice munitis in Iudicio &
extra sicut presentibus ac super Priuilegiis indultis exēptionibus
& indulgentiis huiusmodi confectis originalibus litteris adhibes
retur si forent exhibite vel ostense. Nulli ergo omnino hominum
liceat hanc paginam nostre absolutionis approbationis confirma
tionis suppletionis subiectionis reuocatiōis cassatiōis anulatiōis
decreti dissolutionis impositionis cōcessionis assignationis vnionis
ānexionis incorporationis indulti extēnsionis progationis amplia
tionis cōstitutionis deputationis statuti ordinationis clargitionis
mandati derogationis & voluntatis infringere vel ei ausu temera
rio contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indigna
tionem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri & Pauli apostolo
rum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud sanctum Pe
trum, Anno incarnationis dominice, Milleimo quingentesimo
quadragesimo Septimo id. Februar.
Pontificatus nostri Anno Septimo.

Ornithia p...
m...

...
...
...
...
...



...

